

Yb
1059



Q. K. 389, 1



Y 6
1059

AD DIVUM
MATTHIAM II. AUSTRIUM,
HUNGARIÆ ET BOHEMIÆ
REGEM,
PIUM, FELICEM, VICTOREM,
PACIFICUM,
PRINCIPEM ET DOMINUM SUUM
CLEMENTISS.

In communi omnium ob auspiciatiss. eiusdem S. R. Majestatis in urbem suam
GORLICIUM adventum plausu

GRATULATIO

M. Eliæ Cüchleri P. L.
Scholæ in patriâ Præcept.

Ad 6. Jd. VIIbr. Anno Christi
C L O . I O C . X I .



GORLICI

Johannis Rhambæ typis excusa.



AD DUM

AD DUM

AD DUM

AD DUM

AD DUM

AD DUM

AD DUM

AD DUM

AD DUM

AD DUM

AD DUM

AD DUM

AD DUM

AD DUM

AD DUM

AD DUM

AD DUM

AD DUM

AD DUM



In Ingressum
SERENISS. INVICTISS.
&
POTENTISS. PRINCIPIS
DIVI
MATTHIÆ II.
HUNGARIÆ & BOHEMIÆ
REGIS,
ARCHIDUCIS AUSTRIÆ,
&c.
Domini sui Clementiss.
GRATULATIO.

MATTHIA, quem Fata volunt meliora Secundum
Gentibus esse datis,
Exoptate diu populis, quos improba Martis
Exagitat rabies:
Pridem electe, caput sanctum redimite Coronâ
Rege jubente Deum:
Unanimi Patrum consensu hoc culmen Honoris
Nactæ, favore pari:

A ij

Pro

Pro se quisq^{ue} virūm gratantes, agmine factō,
Qua data porta ruunt:
Et tua deponunt certatim ad limina dona,
Signa suæ fidei,
Subiectiq^{ue} animi monimenta & ad omnia prompti
Officia obsequii.
Quos populi atq^{ue} urbes misere hinc inde volentes
Fulcra suæ patriæ:
Submissi terramq^{ue} petunt, Fideiq^{ue} potenti
Se & sua cuncta dicant:
Tanquam prodirent nil quicquam in rebus habentes,
Quod dare majus erat.
Ast quibus est modicum far & sine labe salinum,
Res quibus arcta domi,
Omnes promittunt operam: quancunq^{ue} benigna
Vena vel ingenii,
Vel virtus præstare potest interrita cælos
Ausibus ire supra.
Quos simul-atq^{ue} tui partem gregis atq^{ue} tuorum
Fusseris esse semel:
Et læto intuitu, & placidæ dignaberis Auræ
Visere luminibus.

Quæ

Quæ Tua tam præsens animat me Gratia: ut ultrò
Concitus aggrediar

In via prærupti superare cacumina montis
Quomodocunq̄ licet:

Repere vel per humum cogar, prensare vel uncâ
Verticis alta manu:

In tuis ut incluso magno conamine, anhela
Murmure corda fremant:

Tendere pergo jugum: quo turba Novena Sororum
Divæ Heliconiades,

Floribus æternis, quos æstu haud Sirius urit
Frigore nec Boreas,

Sed quos fons undâ Permessius irrigat, & qui
Veris honore rubent,

Nobile contexunt Sertum: quod munus ab alto
Vertice, sideribus

Æmulum habens mecum, celer ad fastigia sacra
Figere pergo tholo, aut

Postibus aurati Templi suspendere, sedem
Quo TIBI fixit HONOS:

Quod jubare irradias & majestate verendâ,
Phæbus ut orbis opus.

A iij

Hoc

Quæ



Hoc igitur Vatis nitentis ad ardua munus,
Quamlibet exiguum,
Et tanto dignum nequaquam Numine, Princeps
Sanguinis Austriadum,
Maeste animi Virtute Tui, ne despice. nempe
Laete litant Superis
Atq; molâ salsâ, studium quibus arva tueri:
Si dare tura negat
Fruida pauperies: nec abest sua gratia donis,
Quantulacumq; cadant.
Non qui effodit Atho, sicca vit flumina denso
Milite Persa potens,
Nympharum latices, quos haustos fonte propinquo
Obvius agricola
Exhibuit manibus venienti, fronte serenâ
Abnuit accipere:
Non precio mensus donum, sed mente datoris
Atq; volente volâ:
(Pluria, si rerum præsens fortuna tulisset,
Quippe daturus erat)
Ergò benè acceptum solitoq; favore, remisit:
Ac sua cessit aquæ

Laus

*Laus largitori; quam in chartas Musa relatam
Fnteriisse vetat.*

*Diis & Divorum generi placet una voluntas,
Non hominum vel opes
Vel census: qui dant vulgi censoris honores
Fudicio insipido.*

*Fudicium Superis aliud: placet una voluntas:
Quam TIBI carminibus*

*Fam pridem addictam præ me fero. Regis id omne est
Si Mea Musa placet.*

*Hunc regere Austriacâ gentes virtute, precatur,
Et superare diu.*

*Pannonis & Boij MATTHIA rege Secundo
Sceptra tenente manu,*

*Aurea succedet (voto DEUS annuat) ætas,
Pestis acerba Getæ,*

*Pacis alumna, boni nutrix, & mater Honesti,
Fundere prompta, quibus*

*Publica res, privatorum quibus indiget usus,
Uberiore sinu.*

Vivat

Vivat MATTHIAS, non te Corvine, Secundus
Laudibus inferior:

Vivat MATTHIAS felix, præsentis & Aurâ
Tutus ubiq; DEI.

F I N I S.



1/6 1059

Vivat

1077

26



ULB Halle
004 160 452

3





Q. K. 389, 18.

A D I
MATTHIAM

HUNGARIA

RE

PIUM, FELIC

PACI

PRINCIPEM ET

CLEM

In communi omni
dem S. R. Maje

GORLICIUM

GRAT

M. Eliæ C

Scholæ in

Ad 6. Jd. Vi

cIo.



Go

Johannis Rha

